Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



8

hominem peccatum intrauit in mun
dum & per peccatum mors. hanc illi
mortem non corporis sed animae in
tellegi uolunt. quasi aliud dictum sit
ad corinthios. per hominem mors
ubi omnino animae mortem accipere
non sinuntur. quia de resurrectione
corporis agebatur. quae mortis corpo
ris. ē. contraria ideo & iam sola mors
ibi per hominem facta commemora
ta. ē., Non & iam peccatum quia non
agebatur de iustitia quae contraria. ē.
peccato sed de corporis resurrectione.
quae contraria. ē. corporis morti;
Hoc autem apostolicum testimonium
in quo ait; Per unum hominem
peccatum intrauit in mundum & per
peccatum mors. Conarieos quidem
in aliam nouam deorquere opinionē
tuis litteris intimasti sed quid nam
illud sit quod in his uerbis opinen
tur tacuisti. quantum autem ex aliis